

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, SS. Th. D. Prof. & Facult.
Senior Ad Gratitudinem Deo Ter optimo Maximo Pro Angelorum Custodia
Persolvendam, Et Ad Virtutes Angelicas, Pia Devotione Imitandas, Omnes &
singulos cives Academicos serio adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832087>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1650

- 1) Joach. Stockmann
- 2) Johannis- Stockmann
- 3)
- 4) Caspar Mänttin
- 5) Auger Varelius
- 6) Joach Stockmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734832087/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832087/phys_0002)



17.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
SS. Th. D. Prof. & Facult. Senior

ad

Gratitudinem Deo Ter
optimo Maximo

Pro


A N G E L O R U M
C V S T O D I A P E R S O L -
V E N D A M , E T A D V I R T U -
T E S A N G E L I C A S , P I A D E V O -
T I O N E I M I T A N D A S ,

Omnes Singulos cives Academicos
serio aahorsatur,

18(0)80

8

R O S T O C H I I ,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO M. DCⁱ L.





Odie quidem magna festivitate, Ecclesia sanguine Christi acquisita, festum Michaëlis celebrat, quo Deo Michaëlis cæterorumq; angelorum creatori, devotas gratias agit, quod angelos Spiritus administratorios in salutem fututorum vitæ æternæ hæredum condiderit. Deus omnipotens sat quidem virium habet, nos sine angelorum præsidio contra Diabolum ejusq; insultus defendere, placuit tamen divinæ voluntati, nos Angelorum Sanctorum ministerio, contra damnatum spiritum, ejusq; satellites ab omni malo custodire, proinde scripture ait: Angelis suis nostra causa mandavit, ut custodiant nos in viis nostris, & manibus suis nos gestent, ne ad lapidem pes noster impingat. Beneficium hoc Dei maximum est, & æterna memoria & celebrazione dignissimum, quæ tamen celebratio unice

A 2

dirigi

dirigi debet ad creatorem Deum opt. Maximum non creatureas, quod ipsi fatentur Angeli in Apoc. Johannes enim visione Angelica perturbatus Angelum illum Sibi apparentem adorare voluit, sed ab eodem informatus, ne id faciat prohibetur, argumentis duobus validis & immotis, quorum primum est. Ne me adores, conservus tuus sum & fratrum tuorum, habentium testimonium Jesu. Secundum est: Deum adora, Ille enim solus est adorandus & collendus, ipso teste Christo. Cumq; Johannes alia vice angelum, sine dubio angelica gloria comparentem adorare vellet, ijsdem argumentis, ne id faceret prohibitus fuit. Detestanda ergo est opinio pontificiorum, angelos adorandos esse affirmantium, quæ sententia injuria seculi & temporis in quo vixit, B. Augustinus ita animos hominum occupavit, ut in Meditat. cap 40. dicat: Sancte Michaël, Sancte Gabriel, Sancte Raphaël Sancti Chori angelorum, archangelorum vos rogate pro me culpabili. Imo eo audaciæ deuentum fuit, in papatu, ut ex statuto Urbani Secundi papæ, qui seculo 548. vixisse dicitur, hæ præces fuerint institutæ: Suscipiat eum sanctus Michaël Archangelus. Item: Exaudi me clamantem sancte Michael. Atq; invocan-
tem

tem te, & adjuga me maiestatem Domini de-
precantem & interrella pro me gemiscente &
fac me liberum ab omnibus peccatis meis. In-
super obsecro te præclarum atq; decorum sum-
mæ divinitatis ministrum, ut in novissimo die,
benignè suscipias animam meam in sinu tuo san-
ctissimo, & perducas eam in locum refrigerij,
pacis & quietis, ubi sanctorum animæ cum læ-
titia & inenarrabili gaudio, futurum judicium
& gloriam beatæ resurrectionis expectant. Nec
sufficit in papatu, Michaëlem adorare, sed &
orationes diriguntur ad proprium angelum
quem ita alloquuntur: Obsecro te angelice spi-
ritus, cui ego indignus peccator ad providen-
dum commissus sum, & quod mea non exigunt
merita, tuis precibus obtine apud altissimum
judicem. Hæ blasphemiae ante hac auditæ
sunt in papatu, & sub nomine quidem magnæ
devotionis, sed cum ad Lydium lapidem scri-
pturam scil. sacram appenduntur, tum falsitas
legentium oculos ita afficit, ut qui non planè
cæcus est vel seipsum induravit, aliquid tamen.
videre queat. Ita enim vir desideriorum Daniel
precatur: exaudi Domine, placare Domine,
propter temetipsum. Dei mandatum est:
invoca me in die tribulationis, & ego exaudiam

A 3

te

te. Quicquid rogaveritis preterem in nomine
meo dabit vobis. Christus enim, sedens ad de-
xtram patris intercedit ac interpellat pro no-
bis. Hinc per Christum habemus audaciam
& aditum, ad patrem, & quidem cum filiali fi-
ducia. Extra Christum enim, non datur via
veniendi in cælum. Clara servatoris verba
sunt: nemo venit ad patrem & pernisi per Chri-
stum. Quod si igitur per solum Christum, no-
bis ad patrem datur accessus, angelorum inter-
cessione non indigemus. Si quis dubium mo-
veat anne ergo planè non sunt honorandi, qui
tamen sunt spiritus intelligentes à Deo creati
boni, justi, sancti, qui Deum semper vident, ac
ipsius mandata exequuntur, hominibus in viis
suis inserviunt. Hæc omnia dextre intellecta
non negamus; angelos Scil. esse honorandos,
nam ut veteres recte dixerunt: in quovis angulo
habeto reverentiam tuo angelo, illud vero ne-
quaquam sit per invocationem, quod exem-
plum Johannis in Apoc. testatur. Sed reveremur
Angelos, quando peccata vitamus, juxta illud:
o homo noli peccare, Deus videt, angeli astant.
Quisquis ergo angelos recte honorare vult
virtutes angelicas æmuletur, sit castus sicuti spi-
ritus isti castissimi sunt, & quantum in hac vita
fieri

sieri potest sic sanctus & justus studio-
sus suo fungatur munere, sicuti ange-
li seduli sunt in officio divinitus sibi
commisso exequendo. Angelus. Ga-
briel ad mandatū Dei Mariam salutat,
eamq; Matrem Messiæ fore annuntiat.
Angel⁹ Domini, Josephum ne Mariam
sibi desponsatam uxorem deserat mo-
nuit. Angel⁹ Domini, cundē Josephū ut
puer Jesus una cū matre in terram Israël
ex Ægypto revertatur adhortatus est.
Angelus Domini Petrum ex durissimo carcere liberavit. In summa sunt
Spiritus creatori in omnibus obedi-
entes, faxit Jehova Ter Sanctus, ut
nos similiter, qui ad imaginem Dei con-
diti, & illa lapsu Adamitico amissa per
Christum restituti, & à Spiritu S. per
lavacrum regenerationis & renova-
tionis

tionis sanctificati, ut simili prompti-
tudine, id quod à Deo nobis manda-
datum exequamur. Faxitis qui omnia
potest, Rostoch. Sub Sigillo Acad.

ipso Michaelis die
Anno 1650.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734832087/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832087/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734832087/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832087/phys_0012)



nis & responsionis, quae est de homine
 alissimam mortem, seu אַיִלָּנוּ כְּרִתְתָּה
 conciliando per illam mortem D E C
 רְחִמָּתְתָה הַרְבָּה
 illorum scilicet, et sic επιστο
 νψες, mentione & applicatione magnificā,
 propter Dominum, & triplicati אַרְנֵת
 dentia, tum ex עַד מִנְחָה עַד quod non
 piatorii ac propitiatorii sacrificii JE
 moriam supplicant & intelligentissimo
 tori Danieli vel solâ suggerere ceremoniā
 rāmen posse 52. demum septim. בְּרַת הַשִּׁיבָה
 434. annos illa כְּרִתְתָּה המשיח futura
 gai, uter 400 adhuc supereffent anni, id tam
 habet: Malachia idem intervallum pro exi
 mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila
 Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus:
 Sic ad eandem filiam Zion & domum
 conspirabant duo potentissimi Reges, Feschaja
 timero קָשָׁר וְהַשְׁמָר contine te, & fi
 lis esto: irritum erit & inane hostiu
 lat pro domo Davidicā Immanuel na
 & Davidicā stirpe: hoc ergo non erat
 vidicæ vobis firmamentum & signum e
 concipiet, & pariet filium, & vocabis
 men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum
 us angustiam majestatica unius Esaiæ p
 totius Prophetæ Thema generale spe
 הַמִּלְלָה: In solo Messia ex domo
 ejusq; spirituali æterno & majestatico
 lo corporali vel Judaico vel Israelitic



the scale towards document

per re
 & re
 tum ex
 אֲבָלָה וְקָלָה
 ati Dei
 ne evi
 nici ex
 TI me
 scruta
 us. Et
 seu posse
 Chag
 nodico
 & mox,
 וְאֶת־
 o filia
 hit tibi.
 us funus
 inquit,
 anqvil
 : vigi
 Virginie
 aus Da
 rgo illa
 וְאֶת־
 על נְ
 gramma
 rive enim
 הַכּוֹנוֹת
 scendo,
 on in ul
 rum or
 bis